cum remittet, nautis potius quam aurigis credet. Vale Vir summe et me ama, qui nominis tui cultores facere non possum, quin amplectar. Hagæ Com: 11 Aug: 1632.

Godef: Wendelino
Pastori Bethasiorum
pago Beetz

(159)

Compellari a te, Vir Doctissime, et salutari, et munusculo ornari, magno mihi in pretio est. hoc majori, quod occasionem unà præbes, quâ non inutilis amicus admitti videar, illud maximo, quod injectâ summi Viri mentione per tam honoratæ mihi amicitiæ sacra, officii me admones, et quo te haberi loco par sit, doces, qui apud illum summo sis, non recuso licet amantissimum Tui testem. perspectos habeo et affectus Puteani, et candorem et judicium, dicerem et scire me quam amare possit et non falli, nisi me amaret, sed ut semel lapsus sit, quam in te non erret, palam tute facis, qui tam solidæ eruditionis dato indicio, eâ me facundiâ alloqueris, quâ ut conveniri sæpè cupiam, a paucis expecto posse conveniri. Amo igitur te nunc jam Vir Clarissime, et colo quà te, quà Puteani, quà meum: amaturus etiam ne dubita, et culturus sum constanter quà talem, et quà

Tuus.
C. H.

Qui hæc perfert, indicabit quam in manu meâ non sit, hâc in re prolixius gratificari tibi, quamdiu trans Rubiconem incolis, et in hostico.
In Castris ad Trajectum Mosæ
VIII Cal: Quintil: CIƆIƆCXXXII.

Illustrissime et Excellentissime Domine.

(160).

Pergram serò redditæ mihi fuere, quas ad me literas dedisti sub finem Mensis Maij. Hanc primam silentii mei, non socordiæ, caussam admitte. Proximam quod in expeditione eramus, et ut magnorum itinerum molestiam demas, negotiis tum verè districtissimi. Tertia est, quod exptâ pro tempore spe ocii ac secessus, occultas notas quas commendaueras, alii investigandas tradidi, qui diebus plusculis insumptis, tandem cassi laboris fructum desperationem, retulit: ille quidem interea

Mathematicorum

mathematicorum, quos novisse mihi contigit longe su
et harum rerum peritissimus, Ut jam pronunciare n
verear in Belgio non extare, qui ~~hujus~~ hanc rem
effectam daturus sit. Mihi certè post Albertum Gira
dum (hoc viro non obscurum nomen est) ἐν ἀδυνάτ
est, et fateor, quibus ille frustrà insudavit, a me n
tentata quidem fuisse. Inter culpas hoc si refers lata
aut levissimas, ecce quo sarciri partim poss~~unt~~it et co
stare Regi Magno, quam non segnes Batavi inservir
commodis ipsius, id est Reipublicæ Christianæ studeam
Epistolæ sunt Bavari ad Electorem Coloniensem et Arc
ducem Isabellam, quarum autographa illa, et suis e
notis involuta, meo labore hactenus explicata ~~sunt~~ est
ut Alphabet~~um~~llum, quod vides, extorqui potuerit. Persequen
cætera, cum nec otium mihi sit, nec temerè cuiqu
aperienda putem quorum tuâ maximè, Vir Amplissi
et summi Regum interest, omnia sic affecta partim
curæ porrò tuæ committo. Non restant nisi speciale
quot characteres, quorum singuli sua quædam verba reg
et ex filo dictionis passim aut sensu interpretem ipsi
juvabunt. Epistola si non gravis momenti est, ope
pretium erit hostium notas deprehendisse, quarum
fortasse aliàs uberior fructus extabit. Vale Vir M
et nos ama. In Castris ad Mosæ Trajectum 6. Id: Quintil. CIƆIƆ

Dum scribendi finem facio, ambigere cœpi,
an non iidem isti characteres sint, quorum
pridem me interpretem Hagæ habuisti,
nec satis certus sum an secunda frustra
allaboraverim; utcumque ceciderit, tibi
Vir humanissime de affectu nostro constabit.
Et hoc tanti erit.

(161)

Diod: Tuldeno

Valdè me infensum tabellarii habent Clarissime Tulde
quorum socordia nescio an malitia, quas ad me literas dedi
medio mense Julio. 17° post die accepi. Malitiam
temerè non habeo suspectam. Nam de superis illi
prioribus ad me, quarum videris facere mentione
nihil ne per nebulam quidem vidi. Neque verò tan
ἀκλεὴς haberi patiar, ut quam amicis magnis vicen
Officij

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 52rv
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/689